

(testo originale diviso in 10 periodi)

43. La cultura fiorisce laddove è onorata

Apud Graecos antiquissimum est genus poetarum; nos autem serius poeticam artem accepimus. | Sero Romani poetas cognoverunt et receperunt. Itaque minus honoris erat poetis et minora studia fuerunt. | Honos alit artes omnesque ad studia incendit gloria, iacentque ea semper, quae quisque improbat. | Summa eruditionem Graeci sitam censebant in arte musica: et Epaminondas fidibus praeclare canebat | Themistoclesque, cum in epulis recusaret lyram, indoctiorem se ostendit. | Ergo in Graecia musici floruerunt nec eum, qui musicam nesciebat, satis excultum putabant. | In summo honore apud illos geometria fuit; itaque nihil mathematicis illustrius. | Philosophia iacuit usque ad hanc aetatem nec ullum habuit lumen apud nos. | Multi de philosophia libros Latine scripserunt, sed inconsiderate, nec quisquam eos attingit. | Quare si quid laudis dedimus oratoriae, multo studiosius philosophiae fontes aperiemus.

CICERONE, *Tusculanae*

(variante A divisa in 8 periodi)

43. La cultura fiorisce laddove è onorata

Apud Graecos antiquissimum est genus poetarum; nos autem serius poeticam artem accepimus. | Sero Romani poetas cognoverunt et receperunt. Itaque minus honoris erat poetis. | Honos alit artes omnesque ad studia incendit gloria, iacentque ea semper, quae quisque improbat. | Themistocles, cum in epulis recusaret lyram, indoctiorem se ostendit. | Ergo in Graecia musici floruerunt nec eum, qui musicam nesciebat, satis excultum putabant. | In summo honore apud illos geometria fuit; itaque nihil mathematicis illustrius. | Philosophia iacuit usque ad hanc aetatem nec ullum habuit lumen. | Multi de philosophia libros Latine scripserunt, sed inconsiderate, nec quisquam eos attingit.

CICERONE, *Tusculanae*

(variante B divisa in 8 periodi)

43. La cultura fiorisce laddove è onorata

Apud Graecos antiquissimum est genus poetarum; nos autem serius poeticam artem accepimus. | Sero Romani poetas receperunt. Itaque minus honoris erat poetis et minora studia fuerunt. | Honos alit artes omnesque ad studia incendit gloria, iacentque ea semper, quae quisque improbat. | Themistocles, cum in epulis recusaret lyram, indoctiorem se ostendit. | Ergo in Graecia musici floruerant nec eos, qui musicam nesciebant, satis excultos putabant. | In summo honore geometria fuit; itaque nemo mathematicis illustrius. | Philosophia iacuit usque ad hanc aetatem nec ullum habuit lumen apud nos. | Multi de philosophia libros Latine scripserunt, sed inconsiderate, nec quisquam eos attingit.

CICERONE, *Tusculanae*

(variante C divisa in 8 periodi)

43. La cultura fiorisce laddove è onorata

Apud Graecos antiquissimum est genus poetarum; nos autem serius poeticam artem accepimus. | Sero Romani poetas cognoverunt et receperunt. Itaque minus honoris erat poetis et minora studia fuerunt. | Honos alit artes, iacentque ea semper, quae quisque improbat. | Themistocles, cum in epulis recusaret lyram, indoctum se ostendit. | Ergo in Graecia musici floruerant nec eum, qui musicam nesciebat, excultum putabant. | In summo honore apud illos geometria fuit; itaque nihil mathematicis illustrius. | Philosophia iacuit usque ad hanc aetatem nec ullum habuit lumen apud nos. | Multi de philosophia libros scripserunt, sed inconsiderate, nec quisquam eos attingit.

CICERONE, *Tusculanae*

(testo originale diviso in 10 periodi)

45. Una ribellione di schiavi in Sicilia

Servile bellum multo cruentius quam Punicum bellum fuit; Siciliam vastavit, terram frugum feracem et quodam modo suburbanam provinciam. | Ibi in latifundiis civium Romanorum frequentia ergastula catenatique cultores materiam bello praeberunt. | Syrus quidam, nomine Eunus, ad libertatem et arma servos quasi numinum imperio concitavit. | Ut probaret id divinitus evenire, in ore abdidit nucem, | quam sulphure et igne stipaverat, leniterque inspirans flammam inter verba fundebat. | Hoc miraculo duo milia ex obviis collegit; mox ergastula refregit et sexaginta milium servorum fecit exercitum | regiisque insignibus decoratus castella, vicos, oppida miserabili direptione vastavit. | Castra quoque praetorum cepit, castra Pisonis et Hypsaei. Tandem Perperna imperator exercitum servorum vicit et apud Hennam obsedit: | cum eos fame consumpsisset, reliquias latronum compedibus, catenis crucibusque punivit; | fuitque de servis ovatione contentus, ne dignitatem triumphi servili inscriptione violaret.

FLORO, *Epitome*

(variante A divisa in 8 periodi)

45. Una ribellione di schiavi in Sicilia

Servile bellum multo cruentius quam Punicum bellum fuit; Siciliam vastavit, terram frugum feracem | Ibi in latifundiis civium Romanorum ergastula catenatique cultores materiam bello praeberunt. | Syrus quidam, nomine Eunus, ad libertatem et arma servos quasi numinum imperio concitavit. | Ut probaret id divinitus evenire, in ore abdidit nucem, | quam sulphure et igne stipaverat, leniterque inspirans flammam inter verba fundebat. | Hoc miraculo duo milia ex obviis collegit; mox ergastula refregit et sexaginta milium servorum fecit exercitum. | Castra quoque praetorum cepit, castra Pisonis et Hypsaei. Tandem Perperna imperator exercitum servorum vicit: | cum eos fame consumpsisset, reliquias latronum catenis crucibusque punivit.

FLORO, *Epitome*

(variante B divisa in 8 periodi)

45. Una ribellione di schiavi in Sicilia

Servile bellum multo cruentius quam Punicum bellum fuit; Siciliam vastavit, terram frugum feracem. | Ibi in latifundiis civium Romanorum frequentia ergastula catenatique cultores materiam bello praeberunt. | Syrus quidam ad libertatem servos quasi numinum imperio concitavit. | Ut probaret id divinitus evenire, in ore abdidit nucem, | quam sulphure et igne stipaverat, leniterque inspirans flammam inter verba fundebat. | Hoc miraculo duo milia ex obviis collegit; mox ergastula refregit et sexaginta milium servorum fecit exercitum. | Castra quoque praetorum cepit, castra Pisonis et Hypsaei. Tandem Perperna imperator exercitum servorum vicit et apud Hennam obsedit: | cum eos fame consumpsisset, reliquias latronum compedibus crucibusque punivit.

FLORO, *Epitome*

(variante C divisa in 8 periodi)

45. Una ribellione di schiavi in Sicilia

Servile bellum multo cruentius quam Punicum bellum fuit; Siciliam vastavit, terram frugum feracem. | Ibi in latifundiis civium Romanorum frequentia ergastula catenatique cultores materiam bello praeberunt. | Syrus quidam, nomine Eunus, ad libertatem et arma servos concitabat. | Ut probaret id divinitus evenire, in ore abdidit nucem, | quam sulphure et igne stipaverat, leniterque inspirans flammam inter verba fundebat. | Hoc miraculo duo milia ex obviis collegit; mox ergastula refregit et sexaginta milium servorum fecit exercitum. | Castra quoque praetorum cepit. Tandem Perperna imperator exercitum servorum vicit et apud Hennam obsedit: | cum eos fame consumpsisset, reliquias latronum compedibus catenisque punivit.

FLORO, *Epitome*